RESPVBLICA
ſive
STATUS
IMPERII
ROMANO-GERMANICI.

Tomus II.

LVGD. BATAVOR.
Ex Officinâ Elſeviriorum.

cIↄ Iↄ c

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

I.

IMPERATORIS ELECTIO.

STatuimus Imperatorem debere eligi, cum in Imperio noſtro ſucceſſioni locus nullus relictus. Quod eleganter Gunther. *in Ligurin. lib.* 1. hiſce exprimit:

Regibus eſt aliis potiundi Iure paterno
Certa fides, ſceptrumq́; Patris novus accipit heres.
Nos, quibus eſt melior libertas, Iure vetuſto,
Orba ſuo quoties vacat inclyta Principe ſedes,
Quodlibet arbitrium ſtatuendi Regis habemus.

De hoc tamen, ut prædicare poſſumus illud, Olim non erat ſic: Ita quoque aliquoties in eodem variatū eſſe, dicere valemus: Legimus enim in Comitiis Vorcheimenſibus Anno 1077. inter alia, cōſenſu communi comprobatum, ut regia poteſtas, nulli per hereditatem, ſicut ante fu-

Summa Privilegii.

ILluſtrium & Præpotentium D. D. Ordinum fœderatarum Belgiæ provinciarum decreto cautum eſt Bonaventuræ *&* Abrahamo Elſeviriis, *Academiæ Leydenſis typographis, Ne quis præter illorum aut hæredum voluntatem toto decennio proximo, his in regionibus excudat, aut alibi extra provincias excuſum inferat vendatve librum hunc, cui titulus,* Reſpublica & Status Imperii Romano-Germanici. *Quod ſi quis contempta auctoritate, directe vel indirecte, librum hunc, totum, vel partem ejus, hoc ſive alio modo, extra dictum temporis intervallum typis mandare, vel impreſſum alibi in has oras inferre & vendere præſumpſerit: confiſcatione exemplarium, mulctaque inſuper ſexcentorum florenorum damnas eſto: uti latius patet in ipſo privilegio, dato Hagæ in conventu D. D. Ordinum Generalium,* XV *Maji,* MDCXXVI.

G. V. HERTEVELT V^t.

Ad mandatum Præpotentium D. D. Ordinum General. ſſ.

I. van-GOCH.